

magistri Laurentii Coruini  
Novoforensis virilepi-

dissimi Compendiosa & facilis diversorum  
carminum structura cum exemplis  
aptissimis ac ad vngue  
elaborata. & postremo  
breuib<sup>9</sup> pgnoscen  
daz silla  
baz  
preceptis.

Ad lectorē Tetras-  
tichon Al. S. L.

Qui stupet Aionie placidissima munera turbe  
Carmina seu Phoebo fingere digna cupit  
Coruini auscultet monitis: vestigia pandens  
Condere pro votis carmina queq; docet.

Ad Grammatistas & poetices  
studiosos Ode Diu  
darica A. F. L.

Candida: phoebi: mor age dona  
Et quicquid castus tibi coetus  
pieridum: largo cumulabit  
Gremio: teneris excipe manibus.  
Esto labentis: memor: eui:  
Necqz perpetuum: demens: frustra  
Cursum vite speres: sed dum  
Sinit etatis melior usus  
Castalij: sacras pete: fontis  
Lymphas: que scabram (mibi crede)  
Barbariem: purgabunt lingue.  
Meritas hinc diuum confinges  
Atcqz hominum laudes: hinc regum  
Prandia describes: sceleratos  
Taxabis mores: hinc tandem  
Secula: si vivacia quicquam  
Poscat: nitido carmine condes.  
Cetera: cum sint: commoda mille  
Haud possunt verbis iecirco  
Singula (lector) brevibus dici.

S i poetices  
ode Pitt  
s. L.

# Magister Laurentii Gorutini Nouoforen sis augustinissimi

gymnasij Cracoviensis studentibus. S. D.

*y auct. pector et  
dortor, ab aug. o. fit.*

Um ex anno constemus et corpe florentissimi adolescentes: anim⁹ nō nihil celestis vigoris pertinens: mortalitati nūq; subiaceat. Corpus aut̄ vetustate fluxū sit et caducū. vobis maiore in modū elaborandū est: ut nō corporis sed animi bonū ppetuū queratis: virtutē videlicet ipaz: et optimarū artū fundamīa: quibus ip̄e educat⁹: dū moribunda relinquet membra beatas deoz sc̄des eruditus repetat: nomēq; in terris linquat nunq; intermoriturū. Nihil em̄ aliud: cū migrat ad manes anim⁹ secū transfert: preter eruditionē et educationē. Nec in deoz gen⁹: velut diuin⁹ memorat Plato: vlli fas est puenire: pieter eū qui discendi cupiditate flagrans et philosophat⁹ est et purus penit⁹ decesserit. Nec existimet aliq; immortalē se famā apud posteritatē consecuturū dū a preclara virtute et rerū pspicientia gressum tuliterit. Nec em̄ sola a superis hoc munere donata est vt ab intē ritu penitus sit altera: cultoresq; suos vixisse cōprobans in amplissimū eos ornementū et specimen locat splendidissimū quibus virtutis munerib⁹ qm̄ apud mortales nihil pulcrius nihil laudabili⁹ nihil deniq; magnificent⁹ vobis summo penitendū erit vt eadē cōsequi valeatis: qđ vt vobis faciū sit facilius iuuentā vestrā: vos hortor et moneo: in poesis palestra exercitatis: que a puerili vos conditiōe urbanis et cultissimis moribus: probata vite conditione: rerū gerendarum modo et exitu prudētiores facit. teste Horatio Os pueri tener⁹ balbūq; poeta figurat: Mox etiā pect⁹ preceptis format amicis: Instruit exemplis inopem solatur et cgrū. Non immerito itaq; Greci primi totius sapientie nostre patres ne iuvenilis etatis teneritudinē neglectui darēt illā poetico nectare erudiendā esse censuerūt optimū: quatin⁹ illo plibato: acciperebat stimulos eundi ad altiores virtutū et scientiaz gradus.

s q

quo em̄ etas mollior extiterit eo delicate more egat alimento: que postq; adoleuerit digestu etiā difficultiora sumit. nō sec⁹ tener vester anim⁹ molliorib⁹ et suauiorib⁹ disciplinis instruendus venit: vt illis pregaſtare ad ardua queq; sua sp̄ote tendat. et maioris pgnitionis auditate ducat. Ut ppter ea logicen et sapiaz illā pcipue quā naturalē vocant historiā in postrem habendā suadeo: qua sine nemo opinet doctū se vatem evaſurū. Adeo em̄ indissolubili neru hee scie iniicē sunt colligate: vt q̄zniſ logicos et phōs poetice ignaros inuenire in pmptuſit: poetā tñ sine illis nec vnq; reperiēt. quo fit vt nō medio criter inculpandi veniunt (qm̄ nō habent quo errores suos tu eant) qui pueros suos in poetica dūtarat docent: egregias alias artes posthabedo. tales em̄ vernā ſegetē ex agro nulla aquarū aspergine riguo educere conant: qd vanū et irritum esse nemo nescit. Ut sperate igit vos aliqd doctrinaz pfun do ſaltē ſenſu: in poesi ſine phie et bonaz aliaz artiū ſtudio accepturos: cuius originē breuib⁹ accipite. Om̄is numerosa carminū modulatio poeticaq; veniſtas a diuinis ſcripturis ſuā trahit radicē. Dū em̄ timor ip̄e prie etatis hoīes ad cultū diuinū ſtimularet: quatin⁹ ſuperos vt dertri eſſent: et iſeros vt parcerēt colerent: indubie credebāt ip̄os quos celeſtis ar monia mirūnmodū oblectat citius versu ſub certa mensura compoſito: qz ſolute oratiōis ptertu placari posſe. Horatio autore Carmine dū ſuperi placant carmine manes. Sic im primis ricmoz inculta duravit ſtructura: donec ultramun dan⁹ ip̄e dens ſpirituale quandā virtutē t celeſtē vim: non in ignauas: veruz in nobiliores hoīn animas: vt Aristoteles phōz dux ſcribit: inspiraret: qua replete aliqd exquiste inuenirent: inuentū poetico lepore ornaret: ornatū certo pedū numero vna cū modulatione ederent. Poeta em̄ natura ipsa valere mentē virib⁹ excitari inqt Cicero: et q̄i diuino quodaz ſpū inflāmari: qd etiā Plato i Phedio aſſerit diuinū poetaz gen⁹ eſt: dūs agit et ſacros concinit hymnos. Hinc ab Ouidio ſcriptū Eſt de⁹ i nobis agitāte caleſcim⁹ illo. et alibi Eſt de⁹ i nobis ſunt et pmercia celi Sedib⁹ ethereis ſpūs ille venit

Pelle  
Aom⁹  
fam⁹  
Vel. x

In cuius quidem rei testimonii poeticis hoc nomine veteris seculi  
hoibus deo dilecti liberaliter datum est. David enim psalmograp-  
hus: Job: Salomon diuerso carminum genere in hebraico  
stile suos confecere codicillos: ut deorum aures mulcerentur: eosque  
mortalibus erorabiles facerent. Nam sicut Lucretius Calliope  
requies hominumque est diuinumque voluptas. Cum igitur datus poetarum  
amatores sint quis eos non solus non amabit: verum etiam more  
vetustatis non venerabitur. qui licet sua poemata fabulosis mis-  
cent figurantibus: nihil tamen ab illis: aulso saltē fabuloſo tanquam  
exteriore cortice: nisi veritas et merus philosophie succus ex-  
primitur. nec propter carnis aliquam molliciem: velut plurimi soli  
ignorantie causa poetici nois hostes autumant: penitus sper-  
nendi sunt poete. licet namque musaz lascivire: poetam vero pudi-  
cum esse. teste est Catullus Castum esse decet prius poetam ipsum:  
versiculos nihil necessum est. Nam Platonem pudicitie decus im-  
pudicum oīno fuisse probabimur ex hoc quo suos amores scripsit  
carmen Suavia dans agathoni anima ipse in labia tenebatur.  
Erga etem properans tanquam abitura fuit. Nunquid veteris  
testamenti codices non lectitandos esse dicemus: in quibus quot  
et quanti describuntur amores nemo illorum lector ignorat. Ut  
igitur vobis charissimi studentes ad luculenta ratum poemata  
eo facilior sit aditus Votis vestris morè gesturus: brevem car-  
minum quorundam structuram quibus frequentius poete ludunt  
cum exemplari positione sum in ingenij fragilitate vobis tradaz.  
Vestri autem officij erit nunc in florantiole vestro statu omnes  
neruos extendere: ut ex illis aliquod saltē fundamen ad confiti-  
endos versiculos precepisse videamini: quo postquam me multo  
doctiores legeritis: ad intelligentiam sitis promores. Hec itaque  
mea hortamina vestris insigite mentibus.

~~Vinouus aonie cupis esse cohō:tis aluminus~~

**q** ~~et si duto~~ <sup>et</sup> 4 nos

**C**astaliog; tuum tingere fonte caput :

Pelle moram ut discas: duro nec parce labore:

Δομή τοῦ θεού τοῦ μν  
σαρον χριστανών  
τη λογία  
χεριόν

Vel ex amicione.

A iú

Pax mea. Dimittis me  
I quo dixi pro verbis. Num  
verbo autem negit. sicut fecit.  
Vix illi ipse. Agentibus suis. q. multa  
falebat. Quatis xvi. huius. sicut  
huc Mammuthus.

Careo yente dixi.

olim acto qz m

excut plantz rati fleqz

xuit ne felicis te

geti vel midigte

cuius get mani

Tertia  
tertia  
tertia

Ardua sollicito nulla labore carent.

extinto

Sedulus ingenij sopitos excitat ignes.

labor scit

flatus qz doceo

ignis facit m

Nisus: ut arsuros flamina multa rogos.

prolonga

explicet

Nec differ: tacito donec pede segnior etas.

instabili fesso senecti tristitia

Imminet: et lasso pigra senecta gradu.

Enalis

mixtum vire

Dum tener humor adest: et membra calore virescunt:

sed vixit

Incipe: non omni sidere vernal ager.

plena frondibz

Nec retinet virides frondea silvia comas.

secundum calido

Si bene flouerit tepido sub sole rubetum:

rubetum ex am

Autumnus varias dines habebit opes.

fereti mte, s9 signi

Si sub nymbifero capricorni rusticus astro

ad aratu purua

Agricolam cogit sub inga panda bouem:

fructus: ligni q regit aratum

Ingenat ille licet dum sciama immixtum aratro:

fructus

Hungeros qz dce

Uil tamen optate frugis habebit iners:

fructus: ligni q regit aratum

Ipse sed in sacra queret Iouis arbore glandes

saturi fructuas

Galciferi renouans secula dura dei.

Non aliter iuuenis: senio venturus ad artes

Egregias : damno luditur usq; suo.

Quicquid doctrine capis : hoc didicisse iunabit :

Dum caput annosum ruga senilis arat.

Que legit estiuo formica sub ethere : gaudet

Se sub hiperborea grana tenere nixe.

Non tibi spem ponant venturi crastina solis

Lumina : cras stultos sepe fefellit quos.

Cras hoc menalias credo non init ad arctos :

Nec colit igniuoma regna perusta face.

Hoc si thurilegos cras concessisset ad Indos :

Iisset ad auriferi vel vada fulva Tagi :

Vil dubito nostros dudum hoc subiisse penates :

Nec iuenum tantos preteriisse sonos.

Sed vereor gentes adiit merso orbe sepultas :

Nec reddit extermi per seuia freta maris.

Non reddit : ergo puer non dic cras prosequar artes.

Quod sapiis : hoc : hodie : cras meminisse iunat.

Triste sit occiduas phebum prius isse sub vndas :

Qui te doctrinas non didicisse nouas.

Sic te perpetuum decus : et quem nulla vetustas

Obriet eterna lege manebit honos.

Omnia rossidule quecumq; sub orbe dyane.

Vivunt : sunt fatis interitura suis :

Virtus sola mori : diuorum munere : nescit

Cumq; suis muse vatibus usq; manent.

¶ Et quanq; nonnullos iam vitā agere aut victuros nō dubitē qui sicut aduersus optios quosq; viros : quorū vestigia insequi nequeunt: lingua sua pestifera ac sordidis rictib; aliqd veneni ppter funestū quem intrinsecus alunc livo: ē euomere solent: ita hoc opusculū improbatūr sunt: existimantes se plus glorie ac laudis apud ineruditū vulgus habituros: dū lacero morsū aliorū famā aliquantulū denigrarūt: quorū iniuria et malicia posthabitūs: eo lustriū siam: dū aliquos saltē natu minores: quibus studeo: in hoc doctrinariū asilo futuros intellepero: qui exigū hūc meū labore eis ducēt p̄futurū.

## Preceptū primū.

Arminii conditori imprimitis obseruandū est: ut id de quo scripturā est tenaci sensu p̄sideret: an sublimē: arduūne sit: mediocre: an abiectū. quo habito aliqd veritatis de re assumpta ercogitet et eliciat. s̄m q; rei scribende conditionē et qualitatē fabellas inserat: nūc ad historiā aliquā: nūc ad geographiā: aliquā astronomiā: aut ad latentē rerū naturā assurgendo. Sicut em̄ aliqs argento circūfundit aurū: ita vates veris p̄templatōib; fabulas apponere et immiscere debet officio suo satisfactur. Nō em̄ res gestas effingunt poete. Essent em̄ iure vanissimi cōpellandi.

quos excellētissimos et oīm rerū pitissimos credidit vetustas.  
Sed ea que gesta sunt in alienas spēs obliq̄s quasi q̄busdāz  
figuratōibus cū decore et ornamento traducunt: ea tñ lege ut  
nō nimis abs re pcedere videant̄. Vera itaq̄ sunt: vt Lac-  
tantij v̄bis vtar: que scribūt poete sed obtentu aliquo: spe-  
cieq̄ velata: qua remota scribent̄ patet intentio. Postremo  
adūmento v̄bor̄ ornatu: carmen suū ita pponat: velut illi⁹  
gen⁹ quo ad pedū numer⁹: et sillabaz mensurā postulauerit.  
Pro cuius precepti exemplari intellectu sumat nobis hec ma-  
teries et veritas: imperiū videlicz Serenissimi dñi dñi Joan-  
nis Alberti: regis Polonie: magni ducis Lituanie: Russie:  
Prussiaq̄ dñi et heredis ⁊ c. cū felici latissimi regni sui statu in

de futuro.

## Ad Joannē Albertū

polonie regē invictissimū

Dice cesareo et regum de sanguine: auite

Virtutis specimen atq; parentis honos.

Que tibi pro magnis fatum celeste triumphis

Promisit quondam sceptrā paterna: tenes.

Hic vbi in equoreum nunquam casura liquorem

Frigida Sarmaticas despicit vrsa plagas.

Qua quoq; priupto se tollit in aera nubo

Structa in frugifero regia Croca sola.

Te duce falciferi redeunt pia secula diui:

Vnon sonat in trepidā classicus aure tremor.

Alma sed Erigones gressu comitata benigno

Passim it secura : par redimita toga.

Ipse securigeros fasces te rege senatus

Roborat : et populis dat sua iura tuis

Nullo oneratus : opes tuti legit incola muri.

Sulcat et in numero rusticus arua boue.

Glaua Ceres multa ditat cum messe colonos :

Herbifer et multos pascit Apollo greges.

Sic tua regna bonis crescunt : crescentibus annis :

Accipies gentis leta tributa tue.

Deinde tuum patris sublatum nomen ab oris

Perget ad igniferi solis vtrung; larem.

Tamq; diu in terris tua fama manebit : amenus

Istula piscosas donec habebit aquas.

Deniq; sub pedibus mundum visura iacentem

Ibit ad heroum nobilis umbra domos.

Veritatē etiā ipaz sigmēto tegere et exornare posse ingenuitati datur : dñ qd scribim⁹ verisimile videat : nec a veritate

pmotū appareat. Exemplo nobis sit fabella de ranarī clā  
mōibus : causamq; inde eliciamus poeticā cur in estiuis fo-  
libus nocturno magis q; diurno tempore clamitent.

## De Ranis

Vstica Latone latices modo turba negatos

Incolit : antiquum conqueriturq; scelus.

Depositura sitim venit pia mater ad vndas :

Turbarat vitreos inuida turba lacus.

Vnus quoq; limosis latitans pudibunda sub antris

Mutato vniuerso increpat ore sinus.

Et verita infestum radiantis Apollinis arcum:

Luce sub vndosa rana palude silet.

Quamprimum oceano se mergit phoebus hibero:

Surgit et innupto delia vecta choro :

Has retinet gurges : alie spaciantur in herbas :

Hee foliajvmbrose frondis opaca petunt.

Sic lanam varijs tentant placare querelis :

Ut redeat populis pristina forma suis.

Latona querulos preterente sonos.

Sic manet infelix genus et spe semper inani

Nunc iacit ad surdos murmura vana polos.

## Preceptū scđm.

O scđo notatu dignissimū q̄ res leta iucunditatē  
requirit fabularū et verbor̄ adinventionē: que ad  
leticiā ptinent. et econtrario tristis lugubrē ac la-  
chrymis plenā exigit noīm effictionē. Verbor̄ em̄ et fabulaꝝ  
delectu marie opus est: quatin⁹ scripta rebus respondeant.  
Scribamus itaq; nos in alicuius puelle amplexū deuenisse:  
nec parū voluptatis inde concepisse.

## De puelle unius amplexu.

Vam bene consuluit nostro deus equus amore

Junxit vt arsuro corpora bina foco.

Dum quoq; ad igniūomū flamma crepitante caminum

Blanda repercussis inniximus ora genis.

Talia Gnostiace dedit oscula sepe corone

Cecropius puer: et talia Bacche dabas.

Talia vir Seste dederas Leandrie puelle:

Hellespontiacas sepe remensus aquas.

Talia purpuree Veneri rubicundus Adonis:

Juppiter Europe: priamidesq; Helenae.

Astra licet nebulis subdixit aquosus orion

Nec visa est niveo rossida luna globo.

Quamvis insanum spirabat turbidus austus

Plurimus et larga decidit imber aqua

Vix tamen illa fuit redolenti dulcior hibla

Ah certe libicis suanior illa fabis.

Vix: si etiam superis conuina vocatus adessim:

Ambrosie molli cederet illa fauo.

Vix mihi nimbifera Ganimedis dulcior verna

Quamvis nectareas versa refundat aquas

Bacchica dona aderant: aderat Venus ipsa: cupido

Torquebat placidis aurea tela modis.

Sopitum veneris bacchi liquor enocat estum.

Admonet occultas alifer ipse faces.

Primo seimctis ardemus in ignibus ambo:

Donec ab alterius flagrat vterq; sude.

Ilicet increpnit flammis magis estus adactis

b

Vnac<sup>z</sup> de geminis est pira facta rogis.  
Tum Citherea fauens cece non nescia flammis  
Conserit in molli corpora bina thoro.  
Venerat in nostros non rustica nymph<sup>a</sup> lacertos:  
Nec ruidis amborum brachia nectit amor.  
Sed nimis ah celeri nox illa recessit habena:  
Ocio et libico nox erat illa notho.  
Quid tam precipiti: vel quo cogente: quadriga  
Sustuleras croceas auree phebe rotas?  
Quam cito mortales alio fugis orbe sepultos:  
Et spacium in nostro longius are trahis.  
Sed me felicem dum talem argentea noctem  
Ducat veloci vecta Diana rotā.  
Sac age dina precor ne sit mora longa: niuales  
Sic tibi non vñquam frater obumbret equos.  
**D**e tristī ad parcas ut absti-  
neant.  
parcite fatales mea rumpere stamina diue:

Scilicet infirmo non mihi mater adest:

Que mea formosis adiuta sororibus ossa

Defleat: heu tristem nunc subitura rogum.

Quid innat in primo florem decerpere succo:

Et rapido primas surripere vngue genas.

In sua fata riunt senio omnia: non opus atrum

Ante diem plenas dilacerare colos.

Differte oro meos donec tremor occupat artus:

Et titubante venit curua senecta gradu.

Aut si vana peto: vultus date queso paternos

Visere: mors patrio sub lare dulcis erit.

## Preceptū tertīū.

v Erba in versus itura nō sint nimia caligine obū-  
brata et inusitata: adeo ut cognitu sint difficultia.  
Verboꝝ em̄ obscuritas nō solū non voluptuosa est: sed etiā  
amaritudis plena: nihil penitus iucunditatis afferēs legenti.

## Ad puellā expressio amoris

Anc tibi mitit amans Corinthus flora salutem

h Quam sibi ni dederis sola relictus erit.

Hei mihi q̄z tristes peragunt iuvenilia soles

b h

Corda : nec in requiem nocte silente caduve.

Nostra salus : et amor : longo : spes : vita : recessu :

Vix ab aspectu casta puella meo.

Sive famem demo dapibus : seu poto liquores :

Cum dape te sapio : cunqz liquore bibo.

In longum hora diem : mensis mihi dicitur annum :

Hui mihi qz tardis annus absit equis.

Annus Nestoreo fiet mihi tardior eno :

Siet Eritheo segnior annus aeo.

O vtinam tenues faceret mihi Dedalus alas :

Esset ad insuetas impetus ire vias.

Qua noua semiruto surgit Glogovia muro :

piscofusqz vagis Oder a spumat aquis.

Quam letus nostie properarem ad limen amice

pulsando digitis hostia nota meis.

Obvia non pigro gressu mihi flora venires :

Osculaqz in primo limine multa bares.

Felix illa dies : non ter felicior hec : qua

Ibis in amplexus flora pudica meos.

Interea nostris obstant dum sidera votis

Vna salus et amor : spes : mea vita : vale.

## Preceptū quartū.

Um rerū nature p̄prietatib⁹ ip̄is demonstrant̄ eo  
plus diligenterū vñcuiq̄ habendū est : vt epite-  
ton : hoc est : adiectivū p̄prio substantio appōdere  
nō negligat : dictōibus quibusq̄ ornatus grā interpositis :  
quaten⁹ carmen aliqd saporis legentib⁹ ferat. Nihil em̄ est  
qd plus ornamenti versibus ip̄is adiūciat q̄ ip̄a epitetor in  
uentio. Nam pulchre sonat Lactantij carmen Altius igni-  
uomū dicit celi orbita sole Qui vagus oceanas exit et intrat  
aqua. Sic agros frugiferos : florē odonū : carmen sonorū :  
nubes aquosas : austriū plumosum : boreā serenū : ripas ab  
esas : aquas gelidas : salices annicolas : ilicē glandifera et ce-  
tera dicimus. Pro cuius precepti et aliorū cōplemento poetas  
plurimos legisse : atq̄ inde velut ex pleno fonte epiteta rerū :  
verba p̄pria : et accōmodata sinonima hausisse iuuabit : q̄  
fit ut nemo iners et ignarus carmen pulchru conditurus est

## Hortaf studentes ut rura

aliquando petant.

Uicomus mediū dum scandet phoebus ad aram

Et canis estuos efflat ab ore dies.

In nemus ire iuvat : densaq̄ iacere sub alno :

Raucus arenosa qua sonat amnis aqua

Quaq̄ salutiferos exalat floris odores

Vernus et aprico gramine ridet ager.

Florigera elicunt sopitam rura minervam.

Subleuat ingenium pingue susurrus aque.

Rure fatigati reuocant sua robora sensus:

Et capiunt vires languida membra nouas.

## Aliud exī

Auster arentosa spirans pluiosus ab ora

Atra procellosis nubila ducit aquis.

## Aliud

Floriger hesperidum zephyrus nunc spirat ab ortu:

Et tepido caros flamine soluit agros.

## Aliud de Seano.

Aspice qz lato dominus tumet ore Joannes

Montano equalis lumina bina lupo.

Degz sua tenuis pendet ceruice capillus:

Hircinee setas anguor esse suis.

Sileni longis pandum auribus equat asellum:

Non est humano bestia digna loco.

et ager,  
eruam.  
suffusus aque,  
sensus:  
membra nouas.

CXXXIII

s ab ora  
cit aquis.

incipiat ab oītū;  
soluit agros.

CXXIX

oīe Joannes  
abina lupo.

capillus:

je suis.

s equat asellum:

digna loco.

Antra petat potius cecis horrenda latebris :

proqz fero a catulis sollicitetur apro.

## De heroicis carnis noīe.

Oete heroas : viros singulari prudentia preditos  
p phibent: q ad multa terraz eunt loca longis va  
gabant errorib<sup>9</sup>. In amplissimo. n. ponit varias  
mortaliū vrbes vidisse: qd magnū ad capessendā prudentiā  
est iuamē: cū regionū mores : animalū et plantaz forme ac  
species discunt. Heroicū itaqz dicit: qr heroū : hoc est: viroqz  
fortiū et magnanimoqz quasi semideoz. vt Herculis : Enee :  
Iulij : Augusti et similiū regum et ducū negocia ardua hoc  
carmie describunt : autore Horatio. Res geste regūqz ducūqz  
et tristia bella. Quo scribi possunt nūero mōstrauit Homer<sup>9</sup>.  
Hexametrū autē fert: sive senariū a pedū et regionū numero.

Laud. vagantib<sup>9</sup>  
multa terra traxi.

H. exim. rāme.

H. exim. rāme et  
dx. separatē sive  
rānam.

## De eius structura.

Ersus heroicus sex habet regiones sive loca qbus  
v p̄stituit. In eius primis quatuor regionib<sup>9</sup> pes da  
ctilus ex prima longa et vltimis duab<sup>9</sup> brevib<sup>9</sup> cō  
stans: aut spondeus ex duabus longis sillabis p̄flatus: le  
gitime et sine vlla inter se discretionē recipi possunt. Quintā  
vero regionē solus et semp dactilus occupat: et sextā tantū  
spondeus: vel trocheus ex prima longa et vltima brui: qm  
vltima ī uno quoqz carniē sillaba indifferens est sive ad pla  
citu. hoc tñ p̄siderandū q in quatuor primis regionib<sup>9</sup> non  
semp dactilus nec semp spondeus ponend<sup>9</sup> est: ne vel tardi  
tate nimia ppter spondeū fastidū versus generet legenti: vt  
celeritate repentina leviter incedere: aut nimis cito auditiū et  
memoria audientiū subterfugere videat. mixtim ergo illis pe  
dib<sup>9</sup> utamur. Quidā tñ nōnullos pedes alios huic carmini  
apponit: sed non nisi necessitate coacti: aut licentia potius  
poetica vel ornandi poematis grā. Vobis autē id cuitandū:  
vbicqz facultas se obtulerit: vt peregrina pedū impositio

Dactilus.

Spondus

Trochaeus

21. 25.

In multis genere  
Audiri quod au  
dit et dicitur.

21. 25.

missa facta : eos dumtaxat imponatis : quos alij ut implurimū acceptant : ne a cōmuni oīm obseruantia sitis alieni.

## Ad Apollinē.

Elphice laurigera crinem redimite corona  
d Quo duce diuina Rodopeius arte sacerdos  
Annosam gelidis hēni de rupibus ornum  
Egit ad insolitam euulsa radice choream  
Agna Licaonio mitis spectante tyramō  
Hedorum et petulans genus arrecta aure sonorōs  
Accepere' modos : et rostro senus aduncō  
Accipiter : raucis vna sub fronde columbis  
Sedit : pictarum et discors natura volucrum  
Traxit amicitiam : sicuti et post sara Pelori  
Setigeros modulo delphinis mulsit Arion.  
Sige pedem nostram placidissimus hospes in oram :  
Nil puduit vitreas Amphiasī ad fluminis vndas  
Te quondam : pecudes herboso gramine pastas  
Sole sub estiuo tenui mulcere cicuta.

Sperne nec arctoo paulisper in orbe morari  
Cum cithara: et fidibus componere plectra sonoris  
Hic qua Carpatico fusus de colle: fragosis  
Istula vorticibus: spumoso preterit alveo  
Structa ad Sarmaticos ciclopea menia montes.  
Gracconie: aonio et laticem de fonte ministrans  
Mellifluum ceptis aspira queso secundo  
Slamine: ne sine te ratis hec peritura magistro.  
Flactuet: et scopulis illisa dehiscat amaris.  
Imbris: at portus subeat non fracta quietos.

## De carnis elegiaci noībus.

*e* Legiacum carmen: qd herametro pentametroqz  
versu alternatim locato pstat: est dictū a miseria.  
Elegus em miser est q prisci eo vteban̄ ad cōpas  
sionē de mortuo concitandā. Inde lamentatōes suas et ca-  
lamitates et epitaphia elegis describebant: vt res funebres:  
casus afflictor̄: amores: iocos: leticias: et oia fere que af-  
fectu hoīm corda sollicitat: velut inquit Flaccus in poetica  
Versibus impariter iunctis querimonia primū Post etiā in-  
clusa est voti sententia compos. Penthametrū vo dicitur &  
*Elegis* *pentha-* *metru,* *xv. in proposito e*  
*Malabarum homin* *qz*  
*dimisio! Cemag*  
*dispropto proximatarum pulabe*  
*sim gat omias Mro,*  
*xix. et exordium*

## De eius propositōe et decoro.

Legiacus versus ex quinqz pflat regionib⁹. Et ob  
hoc penthameter a pētha qnqz et metros mēsura

Dactylus si p̄t ex 2 b̄ syllabis: prima longa et duab̄ brevib̄ s̄p̄tūt ac diō. *Sy*  
dictus est: In prima em̄ et sc̄da regionib̄ dactylū et spondeū  
sine ullo discrimine requirit. In tertia solū spondeū. In q̄rtā  
et quinta anapestū ex primis duab̄ brevibus et vltia longa  
constantē. Qz si in prima sillaba tertij pedis iambus ex p̄mā  
breui et vltia longa inueniāt: ita q̄ p̄ma sillaba breuis sit:  
p̄ longa tñ p̄nit: eo q̄ illic pars orōis finit: vt apud Om̄  
diū Arte leuis currus: arte regendus amor. Facilius tñ hūc  
versuz componem̄: si ip̄m in mediū diuidam̄: et in posteri  
ori parte duos dactilos cū semipede ponamus: et in priori si  
militer v̄l ambos spondeos v̄l mirtos cū semipede: quaten⁹  
versus quadrineter sit et h̄yperkatalecticus: hoc est i duab⁹  
sillabis abundans: in medio videlicet et in fine: quas semi-  
pedes diri. Elegiacū preterea versuz nulla aptius q̄z vox bis  
sillaba claudat. Venia in tetrasillabā: pessime in trisillabaz  
desinit. In monosillabā si fimerit desicere videtur. Vitandū  
q̄z ne sententia ad tertiu versum suspendat.

## Elegia ad Deliam virginē.

Elia quid nostre vigiles exosa penates  
d  
Urbis: in aprico gaudia queris agro.  
Non solet in patulis tam pulchra puella rubetis  
Degere: formosam menia tuta decent.  
Fortis salutiferas: dices: ibi carpinus auras:  
Sessaqz florigerō membra leuamus agro.  
Sol tepida torret resolutos lampade campos:  
Blandaqz composita sidera luce fauent.

Alium dulci resonat nemus omne susurro :  
Et levis innumeros excitat aura sonos.  
Candida iam surgunt in aquosis lilia pratis :  
Pendet ab hamatis nunc rosa pulchra rubis.  
Quae prius hiberno se condidit herba rigore :  
Nunc reparata nouis surgit in alta comis.  
Ferreus est certe : durior adamantis alumnus :  
Quem non frondiferum per nemus ire inuet.  
Rura inuant homines vernalis spirantia odores :  
Oblectantq; rudes florea rura greges.  
Nemo rossidulo nymphas miretur in arvo :  
Nam capiunt fortes gramen et herba viros.  
Quid genus humanum memorem : deus axe relicto  
Sertur in agrestes sepium isse casas.  
Nec mea ripheis durata rigoribus algente  
Pectora : nec libice Sirtis alumna feror.  
Caspia non unquam reor aut Gangetia tigris.  
Admouit labris vbera feta meis.

Dicta probo : vereor tantum sub imagine ruris.  
Ne foret in numero qui secat arua bone,  
Hic timeo diues nostrum lesurus amorem  
Est tibi direpte plurima causa vie,  
Divitie stolidas hac tempestate puellas  
Infecere : sinunt nec q̄ amietur inops.  
Phocaicas croceo perfusas murice lanas  
Nunc venus : rubri gurgitis optat opes  
Aurea non etas tales querebat amictus :  
Mollia nec placide vellera norat ouis.  
Tegmen erat durus cortex : iunctiq; palustres :  
Et que limoso stabat arundo lacu.  
Sub iove dehinc proprios mutavit lana colores :  
Hac tunc felices ueste fuere senes.  
Sed nunc : usq; adeo crenit furiosa libido :  
Optat Agenorios queq; puella sumis.  
O utinam nunq; tiria fabricata bipenni  
Isset in assiras cerula pimis aquas :

Aut ubi Sarmaticas venturum ducat in oras

Ostrum : fluctuagis obrueretur aquis.

Hoc primum timeo hoc etiam est quod sepe tremisco

Ipse amor in medijs ne obuius iret agris.

Sepe cupido leues gestat per rura pharetras :

Et celer vmbrosis vibrat ab arboribus.

Illic si qua suis fuerit bene nymph a sagittis

Saucia : graminea sepe quiescit humo.

Sic cadit Enone phrigium complexa maritum :

Enone ideis cognita virgo ingis.

Inachus in silvis formosam perdidit Io :

Perdidit Oithian attica terra suam.

Infernus siculos errantia predo per agros

Cepit eleusine pignora cara bee.

Juppiter antiquo sic cepit Agenore natam :

Stipat ubi croceis vimina lenta rosis.

Idem pharrasia mansit de virginie victor.

Sed tu celesti Delia digna ioue es.

**N**on equidem in uideo tibi si deus ipse pudorem

**A**uferat: humanos temne pudica thoras.

**O**nunquam referat mihi fama cupidinis arcu

**T**e lesam: herboso procubuisse solo.

**C**alibus ite procul sermonibus ite nefandis

**N**e talis nostra rumor in aure sonet.

**M**e prius hinc rapidus desertam turbo per oram

**E**uehat: ignoto mcqz sub axe locet:

**Q**ua gens Ethiopum sicienti admota calori

**O**ceani refluos potat adusta sinas.

**Q**ua vel hiperboreis: adiuta aquilonibus: arctos

**S**pargit ad hippophagos vellera cana Schitas.

**O** qz dura tui mihi erat lux illa recessus:

**T**eqz sequi celeri me pede iussit amor.

**H**erbidus a Graeci non longo sede: meatu

**M**ons iacet: et celse despiciat urbis opus.

**I**ma pedum ranco lambit vagus Istrula flexu:

**O**ccupat hirsutus culmina summa fruter.

Parte hac granifero cornus rubet hispida fetu:

Hinc coriulus multa surgit opaca nuce.

Huc gressus toleram fido comitatus amico:

Atq; auido mersas lumine lustro plagas.

Lanigeras pecudes in suavi errare mirica

Vidi: setosum carpere piata gregem.

Mulserat agricultor hic rustica musa inueniens:

Inmerso et letos vomere findit agros.

Hoc mihi despiciu non usquam Delia visa es:

Obtulerat se oculis Delia nulla meis.

Me miserum exclamo: pice a fuligine nigre

Nostraq; arundinifere vota habuere case.

Inde ubi spes vacuas iam vana recessit in auras

Et me sollicitus sepe fefellit amor.

Menia delusus repetebam: monte relicto

Dum sol hispano flumine mergit equos.

## De Sapphicī carmīs noīe eius constitutōe.

c q

*Parte ex prima longa et ultro ducibz. 208. ex 20. et vol. b.*

*Apphicus versus a Sappho puella lesbica eius in  
uentrice dicit: que pluma de amoribz hoc carminū  
genere prescripsisse fert: velut ait Quidius i tristibz  
Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas. A pedū vo  
et regionū numero penthamerū phibet. Utā qm̄ reintegrat  
regionibz. In prima solū trocheū ex prima longa et ultima  
breui assumit. In sedā spondeū. In tertia dactylū semp. In  
qrta et qnta trocheū sp: aut spondeū in ultia cū sit idifferēs*

*Spondēs ex  
dīcibz long  
aflat.*

## De Adonico.

*Armen adonicū ab Horatio et alijs pulcherrime  
Sapphico iungit: ita ut post tres sapphicos ver  
sus unus sequat Adonicus sententiā terminans.  
Nomen sumit ab Adone pulcerimo adolescenti Veneri di  
lecto: et venatore diligenti: is cū casu Veneris apñ leserat:  
ab eo occisus est. Dimeter etiā dicit: qm̄ ex duobz dumtarat  
pedibus et totidē regionibus conficit. Primo videlicet dacty  
lo: secundo spondeo vel trocheo.*

## Ad Bachū.

*Acche frondosis redimite ramis*

*Linque Uiseum petimus cacumen.*

*Quodq; fecundis Achelous vndis*

*Irrigat aruum*

*Linque Thitoni roseum cubile*

*Indiam dono Cereris feracem*

*Quamq; arenoso rigat inquietus*

**Gurgite Ganges.**

**Et celer ductus pede concitato**

**Tigridum : campos cole Sarmatarum**

**Hic ubi doctam gelidus peragrat**

**Istula Crocam**

**Quaq; candenti scithicus pruina**

**Montium celsum boreas cacumen**

**Contegit : septem gelido triones**

**Flamine turbans.**

**Hic trum docte faueas caterue**

**Munus : intonsi capitis racenum**

**Comprime : et dulci modo plena funde**

**Pocula musto**

**Hanc : Ceres frontem redimita fertis**

**Spiceis : terram bone subingato**

**Incolit : durum agricole laborem**

**Messibus equans**

**Hic sibi pulchram Jouenata sebam**

Pallas elegit: teneramq; virgo

Imbuit summi patris erudita

Dote inuentam

Pegasi sancte laticis puelle

Hic sonant plectro modulos canoro

Colle Cirreo et sapiens relicto

Ludit Apollo

Educat pulchras Venus hic puellas

In Iouis magni thalamos ituras

Poma que sole teneant Atlantis

Aurea digne

Aut odoratis sedeant in herbis

Qua nemus myrrha redolet sabeum

Sundit et rubri pelagi nivales

Concha lapillos.

Hic in vmbrosis pharetrata siluis

Cinthia hortatur catulos sagaces

Buccina fuluos agitare sena

Cum sue cervos

Tu meri solus fugis heu repotor

Dulcis : huc letus venias precamur

Insere et cultos teneram per hortos.

Palmitis vuam

Gnosie hic sidus nivem corone

Eui piger leuum arctophilar lacertum

porrigit tentans retinere curua

Falce : videbis

Vnde vitis precium quot annis

Flore coniungent roseo virentem

pampinum nostre tibi pulchra dantes

Serta puelle.

## De Asclepiadii noib<sup>9</sup> et eius strue-

Sclepiadii : qd ad magnanios sepeniero viros  
scribit : a primo inventore Asclepiado nomen ce-  
pisse credit : Coriambicū dictū a pede dominū ob-  
tinente in eius compositiōe . Nā in prima eius regione semp  
spondeus : in scda et tertia regionib<sup>9</sup> semp locat coriambus  
ex prima et ultia longa et medijs duabus brevibus constas.  
Quartā vo regionē Pirrichius semp tenet ex ambabus bie-  
vibus : aut iambus : nā nulla lege coheretur ultima.

Ad Johannē Albertū Po-  
lonie regem serenissimū.

Ulter Sarmaticos gloria principes  
Rex Alberte sacra nata propagine  
Quis testudineam pyeridum lyram  
Lesboum et solitus tendere barbiton  
